

MICHAELIS  
AB ISSELT  
AMORFORTII  
SVI TEMPORIS  
HISTORIA

29173

*num. 22. lingua. P. num.*

RES IN TOTO ORBE TERRARUM  
gestae, tum praecipue motuum Belgicorum sub  
PHILIPPO II. Hispaniarum Rege, &c. concitatarum  
origo & successus vsque ad annum M. D.  
LXXXVI. perspicue & accurate  
describuntur.

Cum INDICE rerum & verborum copioso.



*de la Libr.*  
*N.*

COLONIAE,  
Apud Arnoldum Quenteliūm,  
Anno M. DCII.  
Cum gratia & Privilegio S. Caesaris Maiestatis.

Coll. Soc. Lib. V. S. m. ex Coll. T. S. V. m.



SERENISSI-  
MIS PRINCIPIBUS,  
ALBERTO ET ISABELLAE CLA-  
RAE EVGENIAE AVSTRIACIS,  
Infanti Hispaniarum, Bel-  
gij Dominis.



IN Historiam nostri tem-  
poris, SERENISSIMI PRIN-  
CIPES, quam Michaël ab  
Isselt proximis ante mor-  
tem annis summa tum fi-  
de, tum breuitate ac per-  
spicuitate conscripsit, Vestrae Serenita-  
ti lubens meritissimeque offero ac de-  
dico. Vt id facerem, non vna me caus-  
sa impulit. Voluntas Auctoris in primis,  
qui quantum mihi ominari licet, extre-  
mum hunc laborem suum & veluti cy-  
gneam cantionem vobis consecraturus  
erat, si vita superstes fuisset. Cui enim iu-  
stius, quàm Belgij Dominis Belga, Amor-  
fortij sub Imperio vestro natus & educa-  
tus, vbi & bonam vitæ partem traduxe-  
rat, Opus suum offerre potuisset? Idem  
Operis argumentum suadebat, quo de re-  
bus vestris potissimum, id est, in Belgio  
\* 2 vestro



# TYPOGRAPHVS BENEVOLO LECTORI S.



*V*T, quo in recudendis R. P. LAURENTII SURII historicis Commentarijs vsus sum consilio, beneuole Lector, non ignores, hoc Editioni nouæ præfigendum duxi: rogatum à me R. D. Michaëlem ab Isselt, vt quemadmodum ceperat hosce Commentarios supplere, pergeret, ac vltcrius perduceret; litteris operam suam prolixè & industriam omnem obtulisse. Veruntamen quòd videret opus hoc pacto iusti voluminis mole excessurum, non omnino malè eidem visum fuit, vt seorsim ederetur Surius, & sui, quos pararet, Commentarij itidem prodirent separatim. Id quod commode, valdequè vtiliter posse fieri, censuit: eò quod scopus sibi præfixus ab Suriij scopo nonnihil differret. Etenim Surius quæ sub Inuictissimo Rom. Imper. f. r. Carolo V. contigerunt ferè descripsit; sic tamen, vt plus videatur intentus fuisse aperiendis lapsibus aut technis Sleidani, rebusquè & ritibus Catholicis stabiliendis, quàm planæ gestorum relationi. Mibi verò, inquiebat, animus est, continuatâ serie quidquid à tradito in manus Philippì II. Hispaniarum Regis Belgio, cum ibi, tum vniuerso terrarum orbe memoratu digna acciderunt, vsque ad pientissimum eius obitum, in histo-

riam redigere. Placuit, fateor, Auctoris propo-  
situm, eò magis, quòd intelligerem, hoc modo leuari  
posse auidum Lectorem eadem sæpius coëmendi  
impensis, quas facere necesse foret, si quotannis  
semper aliquid adijceretur ad Surium, itaque sæ-  
pius ille prodiret auctior. Verùm dum Isselt cu-  
dendo operi sedulo intenderet, feliciterque ad an-  
num vsque 1580. peruenisset, inopinatâ morte præ-  
peditus, quod reliquum erat absoluerè non potuit.  
Unde perplexus ego quid facerem; ederemné id,  
quod ad me peruenerat, an supprimerem, tandem  
statui, orbi communicandum, vt ne studiosi iucun-  
dissimâ lectione, nec Auctor fructu laborum suo-  
rum, et si post funera, omnino fraudaretur. Optas-  
se me quidem magis, perductum ad finem dare in  
lucem, sed quando hoc nobis inimica mors inuidit,  
eo, quod candidè offerimus, qualecunque sit, candi-  
dè vtere, & si quem fortè nosti, qui addendis quæ  
desunt, non infeliciter vacare possit, hortare vt  
velit. Ego sanè operam meam, in publicandis  
laudatissimis eius studijs ac conatibus,  
lubens meritoque promitto.  
Vale.

INDEX



MICHAELIS AB  
ISSELT RERVM SVO  
TEMPORE IN ORBE GE-  
STARVM, AB ANNO SCILICET

SALVTIS M. D. LXVI. EX  
optimis quibusque Scriptori-  
bus collecta

HISTORIA.

SVCCINCTA, VERA, ET  
PERSPICVA IN HISTORIAM

*de tumultibus Belgicis, à suscepto ab Hispan. Rege*

*Philippo II. imperio, ad annum*

M. D. LXVI.

INTRODVCTIO.



CAROLVS V. omnium *Carolus*  
qui retrò extiterunt, & qui *V. omnium*  
fortè sunt futuri, laudatissi- *provinci-*  
mus domi, prudentissimus *arum im-*  
in imperio, in toga iustissi- *perio sese*  
mus, in armis victoriosissi- *abdicit.*  
mus Imperator, quem tan-  
dem diuinarum rerum stu-  
dio accensum, humanarum  
tædebat, admirando, atque  
ante eum diem apud Chri-

stianos itauidito exemplo, de omnibus regnis, pro-  
uincijs, & amplissimis supremarum dignitatum ho-  
noribus decessurus, in Belgio vniuersarum provin-  
ciarum Ordinibus, maiorumque gentium nobilitati  
Bruxellæ diem dixit. Quibus die constituta congre-  
gatis, Cæsar Philippo filio, Angliæ Rege, & Maria  
Vngariæ Regina sorore comitatus, Palatij maiore a-  
ctio incedibili hominû veneratione exceptus, con-